Poste ad Cam

GREGORIUS eps servus servorum dei Dilectis filiis Prioribus regiminis et Communi Terre nre Montissancti fir-
man dioc Salt et aplicam ben Sedes aplica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propitiam exhibet et benignam. Sane petitio vra nobis
nuper exhibita continebat qd cum tempore huius pestiferi vigentis scismatis nonnulli rebelles et hostes nri ecclesieque Roman cum suis gentibus territorium vrm equitando hostiliter
invasissent capiendo viros abigendo bestias arborum et agrorum que depopulationes aliaque damna plurima inferendo, ut vos dictamque Terram tirannidi subicerent sue ac ut tale
as quantamque summam denariorum possent, ut se gentesque suas sustinere valerent, a vobis Terraque prefata per vim ac violenciam extorquerent, vos exinde nullatenus posse resi
stere advertentes dictaque damna ac depopulationes augeri, esseque gentibus que vobis Terreque prefate afferrent presidium destitutos, de gravioribus minus malum elige
re intendentes ut premissa damna cessarent, utque acerrimam vexationem vram redimeretis vi atque metu prefatis hostibus quamminus vobis erat possibile taleas exolvistis.
cumque ex hoc ac propter participacionem quam cum essetis hostibus circumvicini cum scismaticis habebatis in sentencias excommunicationis suspensionis ac interdicti aliasque penas
temporales inflictas tam ab homine quam a iure ac a Constitutionibus approbatis nre Provincie Marchie Anchonitan in similia committentes, vos Terramque prefatam incidisse
aliquatenus dubitetis, et presertim quia ex solutione huiusmodi talearum hostibus nris ecclesieque Roman contra processus aplicos ac prefatas Constitutiones subsidium ac favor evenit.
nobis humiliter supplicastis ut vobiscum de beneficio absolutionis ac remissionis dictorum excessuum ac criminum et delictorum de nre benignitatis clementia providere misericordi
ter dignaremur, cum ob premissa perpetrata ab intimis doleatis. Nos itaque attendentes promptam devotionem vram quam erga nos et Roman semper habuistis ecclesiam, quodque hu
iusmodi excessus et crimina ac delicta quadam necessitate coacti non voluntarie perpetrastis volentes vobiscum misericorditer agere in hac parte vris supplicationibus inclina
ti predictos excessus ac crimina et delicta ac quecunque alia cuiuscunque generis conditionis aut qualitatis existant seu quocunque nomine nuncupentur, etiam si saperent crimen
lese maiestatis occasione scismatis per vos vel aliquem vrm communiter particulariter vel divisim dicto facto vel assensu, aut alias quomodocunque et quandocunque usque in presentem diem commissa
etiam in quantum concernunt seu concernere possunt publicum interesse seu cameras tam aplicam quam prefate Provincie nre ex certa sciencia auctoritate aplica vobis
et vrm singulis de gratia speciali remittimus, vosque et quemlibet vrm ac filios nepotes ceterosque posteros vros, a quibuscunque sentenciis atque penis quas propterea incurristis
auctoritate prefata absolvimus ac penitus liberamus, necnon tam prefatum Commune quam singulares personas huiusmodi ad quecunque privilegia honores immunitates bona iura
famam et ad actus quoscunque legitimos restituimus ac plenarie reintegramus interdictum huiusmodi relaxantes ac cum personis ecclesiasticis que sic ligate non tamen in con
temptum clavium divina officia celebrando vel se illis immiscendo irregularitatis maculam contraxissent eadem auctoritate de benignitate aplica dispensamus. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nre remissionis absolutionis liberationis restitutionis reintegrationis relaxationis et dispensationis infringere vel ei ausu temerario
contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum. Dat Gaiete
iii Id Junii Pontificatus nri Anno Sexto.

Gratis de mandato dni nri pp

A. Bricqueti

L.G.

In Camera

Assoluzione delle pene

com.e ai Rebelli

Greg.o XIII.

N.o 20. 1112.

Absolutio criminum

37